



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xvi. Quibus casibus suspensio irregularitatem transgressori inducat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

par. 1. lib. 4. cap. 2. casu 12. Tolet. lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 15. Henriquez lib. 13. de excom. & suspens. ca. 39. §. 3. Bernard. Diaz in pract. Canon. capit. 69. Nota tamen, quod si Clericus vitur aliqua ex vestibus sibi prohibitis lecreto, & subus alias vestes ita, quod in publicum non appareat, non incurrit hanc penam: & idem si vitur talibus vestibus domesticis, puta in studio, vel loco simili, vel ex aliqua rationabili causa ad breue tempus, vt pro celebratione nuptiaru alicuius propinquu, vel pro celebratione sui Doctoratus, vel alijs similibus de causis, non incurrit hanc penam, vt colligitur ex d. Clem. 2. in illis verbis *praterquam ex rationabili causa*, & in particulari notant ibi Cardin. q. 3. Anchi. ibi secundo nota, referendo ad hoc Zenzel. & Inol. ibidē, col. 2. vers. Quarto quid, qui praterea notat post Zenzel. quod si Clericus propter paupertatem desert vestes prohibitas, non incurrit hanc penam. Bernard. Diaz Ledesm. Nau. Henriquez, & Tolet. vbi supra.

³⁰ Circa hanc materiam legenda est Constitutio Sixti V. que incipit *Cum Sacrosanctam*, anno 1588. Quinto Idus Ianuarij, Pontificatus sui anno quarto, de habitu, & tonsura per Clericos, seu milites beneficia, vel etiam pensiones obtinentes, deferendis; In qua omnibus, & quibuscunque Clericis, non solum in sacris sed etiam in minoribus ordinibus constitutis, & Clericali tantum tonsura insignitis, & nedum beneficia Ecclesiastica quacunque etiam simplicia, nunc & pro tempore obtinentibus, & in illis, vel ad ea ius habentibus, verum etiam pensiones super quibusvis fructibus, redditibus, aut prouentibus, quarumvis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum quarumcunque Ecclesiarum, seu Abbatialium, Capitularium, & Conuentualium &c. praeclauae, aut bona Ecclesiastica loco pensionum sibi assignata, ex quacunque concessione seu dispensatione Apostolica percipientibus, etiam coniugatis, (praesertim si iisdem Clerici coniugati iuxta Constitutionem Bonifacij VIII. in cap. 1. de Cleric. coniug. in 6. in Concil. Trident. innouatam sess. 23. de reformat. c. 6. priuilegijs Clericalibus vt velint) tam in Romana Curia degentibus, quam extra vbi libet gentium, & locorum Constitutis, mandat, vt ipsi, & eorum quilibet, quamuis exempti existant, & quouis priuilegio vel immunitate gaudeant, tonsuram, & habitum Clericalem, vestes scilicet talares assumant, & iugiter deferant, Alioquin quibuscunque dignitatibus, administrationibus, officijs, praebendis ac beneficijs pensionibus fructibus, & praedijs bonisque Ecclesiasticis priuati sint sine alia citatione monitione, aut iudicis decreto, ita vt beneficia, & pensiones vacare cessent, & cessare, & libere alijs conferri possent, nec quicquam ulterius ad huiusmodi fructuum, & pensionum solutionem eis faciendam teneatur, nec censuras aliquas, aut penas ob non solutionem incurrit. Milites autem quarumvis Militarum sub regula approbata Canonice institutaru, & alij officiales Rom. Curiae, qui non vt Clerici, sed potius tanquam milites iuxta priuilegia eius cōcella, habentes beneficia, fructus & pensiones vt supra, siue Clerici fuerint, siue non, sub huiusmodi mādato de habitu, & tonsura Clericali deferendo non comprehenduntur, sed vt debent Regulari habitu militum quam profecti sunt proprio & cōuenienti, sub praedictis penis &c.

Ex qua Bulla non imponitur Clericis aliqua noua censura Ecclesiastica, solum infligitur pena priuationis beneficiorum, prouentuum, fructuum, & pensionum, si in assignato habitu non incedant. Et solum obligat Milites beneficia, vel pensiones &c. habentes, & quoscunque Clericos, etiam in prima tonsura eadem habentes etiam si exempti sint; Clericos autē in minoribus non habentes beneficia, aut pensiones non comprehendit. De hac re plura videti possunt in iure Canonico, in titulo de vita & honest. Cleric. in Decretalibus, Sexto, & Clementinis, & DD. ibi, & in Summis. in verb. Clericus, & in Summa confess. lib. 3. tit. 8. q. 1. Martino Nauar. in Manuali capitulo 25. num. 4. & Alphonsio Vualdo in expositione dictae Bullae Sixti V. & alij.

³¹ Notus est, Clericus qui prouocat ad duellum, vel acce-

ptat, quicquid aliqui dicant esse suspensum, alij tamen rectius, vt Sylue. vers. vndecimo in verbo suspensio Angelica in verbo, suspensio, 1. casu 11. & Tabiena, verb. eod. ver. Sexto, casu 10. talem suspensum esse velint alij tamen & rectius, vt Mart. Ledesm. 2. 4. q. 16. art. 2. in tracta. de suspens. casu 4. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 156. ver. Quarta. Alphonsus Vuald. tit. de suspens. num. 68. Toletus lib. 1. c. 13. in fine, & Henriquez lib. 13. de excom. & suspens. ca. 39. §. 3. docent, *Non esse suspensum sed suspendendum, & colligitur ex cap. 1. de Clericis pugnant. in duello, vbi textus habet, de iuris merito est deponendus: & nunc noua constitutione Concilij Trid. session. 25. de reform. ca. 19. est excommunicatus, & per nouam Bullam Clementis VIII. que incipit Illius vires, anno incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo nonagesimo secundo 15. Kalendi. Septembris editam, a solo Papa, excepto mortis articulo, absoluitur. Addunt alij plures suspensiones iuris, quae vix vsu ceperunt, vnde satis sit istas tanquam praecipuas, & frequentiores breuiter enumerasse.*

Quibus Casibus suspensio irregularitatem transgressori inducat.

Cap. XVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Violatio suspensionis aliquo in casu irregularitatem inducit.
- 2 Violatio quacunque sententia ad irregularitatem incurrendam non sufficit.
- 3 Irregularitas non nisi exercitio actus proprii alicuius ordinis, quo violatur suspensio ab illo actulata, inducitur.
- 4 Suspensio, quae a confessario in foro penitentiae infligitur, quamuis seruari debeat, contrahendo tamen non incurritur irregularitas.
- 5 Violans suspensionem ex defectu corporis, aut animae fluenter, nouam irregularitatem non incurrit.
- 6 Irregularis celebrando, nouam irregularitatem non incurrit, & quae huius sit ratio.
- 7 Violans suspensionem, qua quis iure tantum suspendentis est suspensus, irregularis non efficitur.
- 8 Suspensus a collatione beneficiorum, etiam si illa conferat, irregularitatem non incurrit, & quare.
- 9 Irregularitas non nisi ex violatione censurae per solemne exercitium ordinis incurritur.
- 10 Subdiaconus ab officio Subdiaconatus suspensus, Epistolam sine manipulo canens irregularis non est.
- 11 Violatio suspensionis etiam per solemne exercitium actus alienius ordinis minoris, irregularem aliquem non reddit.
- 12 Ordinem aliquem minorem, aut etiam primam tonsuram suspensione durante conferens irregularis est.
- 13 Violatio suspensionis per actum ordini iure etiam humano, vel Ecclesiae praecipio competentem, irregularitatem inducit.
- 14 Officiare in choro, dicendo solemniter [Deus in adiutoriu] &c. [Capitulum, Collectam &c.] iure humano ordinis Sacerdotalis officia propria sunt.
- 15 Purificatio mulierum post partum, Nuptias, aut A qua benedicere solemniter ab excommunicatione absolueret, Sacerdotis officia sunt.
- 16 Episcopus suspensus solemniter benedicens per haec verba [Sit nomen Domini benedictum.] irregularis est.

- 17 Epistolam cum manipulo cantare, ex consuetudine Ecclesie, ordinis Subdiaconatus actus proprius censetur.
- 18 Consuetudo particularis irregularitatem inducere non potest, ubi consuetudo vniuersalis non inducit.
- 19 Subdiaconus suspensus ab officio, seu ordine, porrigendo Sacerdoti, vel Diacono calicem præparatum, etiam sine manipulo irregularis efficitur.
- 20 Suspensus ab officio prædicandi, vel ab officio Diaconatus, etiam si prædicet, irregularis non erit.
- 21 Prædicationis actus etiam solemniter cum benedictione petita, & superpellico, ex dispensatione Episcopi laico competere potest.
- 22 Suspensus ab aliquo ordine an ascendendo ad ordinem superiorem irregularis sit.
- 23 Suspensus ordinatus, & celebrans Missam cum Episcopo ordinante irregularis non efficitur.
- 24 Episcopatus secundum Canonistas communiter ordo esse censetur.
- 25 Episcopus per characterem Episcopalem nullam potestatem nouam in ordine ad corpus Christi verum recipit.
- 26 Pontificalium appellatione quenam intelligi possint.
- 27 Solemnitas triplex in actibus sacris reperitur, & quid una quoque sit.
- 28 Solemnitas, quæ, & qualis esse debeat ad hoc, ut actum sacrum cum ea exercens, irregularitatem incurrat.
- 29 Suspendio a Pontificalibus duo genera actuum respicit.
- 30 Suspensus [Donec peniteat] an exercendo actum, a quo est suspensus ante penitentiam, irregularis sit.
- 31 Irregularitas absque exercitio actus ordinis, ex eo quod quis in suspensione ultra annum manet, non incurritur.
- 32 Suspensus, seu interdictus ab ingressu Ecclesie, actum ordinis solemniter in Ecclesia exercens, irregularis efficitur.
- 33 Suspensus ab ingressu Ecclesie, exercendo actum ordinis in Ecclesia non consecrata, quando sit irregularis.
- 34 Suspensus Diaconus ab ingressu Ecclesie, Euangelium cantans extra Ecclesiam, irregularis est, si Sacerdos Missam intra Ecclesiam celebrat, & quæ sit huius ratio.
- 35 Sacerdos cantans Missam intra ecclesiam, admittendo Diaconum suspensum ab ingressu ecclesie ad cantandum euangelium extra ecclesiam, non sit irregularis.
- 36 Rationis paritas ad irregularitatem incurrendam non sufficit, etiam si satis sit ad inducendum peccatum.
- 37 Sacerdos celebrans extra ecclesiam, si Diaconus, cui est interdictus ingressus ecclesie Euangelium in ecclesia cantet, irregularis erit Diaconus non Sacerdos.
- 38 Sacerdos celebrando extra ecclesiam, admittendo Diaconum, cui est interdictus ecclesie ingressus, ut cantet Euangelium intra ecclesiam, non est irregularis.

Anequam casus afferam, quibus irregularitas transgressione suspensionis incurritur, nonnulla breuiter tanquam certa supponenda sunt, quorum

Primum est, violatio suspensionis aliquando, & in aliquo casu, irregularitatem inducit, & de hoc nemo dubitare potest, ut colligitur ex c. 1. de sent. & re iud. lib. 6. & cap. cum medicinalis, de sent. ex comm. lib. 6. & ex Extr. au. Pij II. quæ incipit, Cum ex sacrorum. relata a Rebuffo in tract. de beneficijs, tit. de Clericis ad sacros ordines ma-

le promotis, & ex multis alijs iuribus;

Secundum est, non omnis violatio suspensionis irregularitatem inducit, vt communiter omnes concedunt de suspensione a beneficio, & expresse Palud. 4. dist. 18. q. 7. art. 3. conclus. 2. citans ad hoc cap. cum in cunctis, de elect. lib. 6. & cap. 1. & cap. cupientes, & cap. Generali, de elect. lib. 6. & cap. 2. de rebus Eccles. non alienand. Innoc. in ca. nisi cum pridem de renuncia. Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta, vers. item nota quod suspensus Iud. inquisit. in verb. suspensio, §. vt. Sylu. in verbo suspensio, q. 5. vers. si vero sit a beneficio, Simon Maior. lib. 3. cap. 19. numer. 14. vnde videndum est, quibus casibus hæc violatio irregularitatem inducat.

Primo igitur ex multorum DD. sententia non inducitur irregularitas, nisi exercitio actus proprii alicuius ordinis violente suspensio lata ab illo actu. Hanc regulam expresse tradunt Felin. in cap. Apostolica, de except. Panor. in cap. cum dilectus, de consuetud. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspens. cap. 4. in fine. Palud. 4. dist. 18. q. 7. art. 3. conclus. 2. Sylu. in verbo suspensio, vers. Quinto Angelica, verbo suspensio, nu. 1. Tabiena, verbo suspensio, vers. Secundo. Nauar. in Manual. c. 27. num. 163. Maior. lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 4. & Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 14. Quæ doctrina euidenter colligitur ex omnibus iuribus in quibus exprimitur violationem suspensionis inducere irregularitatem: vbiunque enim hoc dicitur in iure semper est sermo de suspensione ab aliquo actu ordinis, vt eadem suspensio violatio irregularitatem inducat, debet esse suspensio proprie dicta, quæ est censura lata propter crimen, vel contumaciam, & suspendens ab eo, quod alicui iure suo competit.

Vnde inferitur primo, quod suspensio, quæ infligitur a confessario in foro penitentiali, cum non sit vera censura Ecclesiastica, quamuis seruari debeat, contraveniendo tamen non inducit irregularitatem, glof. in cap. is quis, in verbo in iure, de sent. ex com. lib. 6. Ancharan. in cap. 1. §. caueant. de sent. ex com. lib. 6. & ibi Nicolaus Dionisij, de Perusio, fallentia quarta. S. Anton. 3. par. ut. 29. de irreg. c. 1. §. 1. Tabiena, verbo suspensio, vers. Nono. Ioan. Andria cap. is quis, de sent. ex com. lib. 6. Angelica, verbo suspensio, 3. nu. 2. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, num. 32. Nauar. in Manual. c. 27. nu. 151. & tomo 2. consil. consil. 4. de penit. nu. 4. Maior. lib. 3. de irreg. c. 19. nu. 2. & Henriquez lib. 12. de exc. & suspens. c. 3. §. 2. in annot. littera K. Alphonf. Vinal. tit. de suspens. nu. 15.

Inferitur secundo, quod si quis violat suspensionem fraterem ex defectu corporis, vel animæ, quæ potius, & verius est irregularitas, quam suspensio, non incurrit nouam irregularitatem, sic Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta, in suspensio a Canone circa finem. Panor. in cap. si celebrat. num. 4. vers. suspensus vero propter defectum, de Cleric. com. ministr. & Innoc. ibidem. Ioan. Andr. in cap. final. de con. lib. Cleric. & mul. Archid. in cap. Apostolica, dist. 36. Angelica, in verbo suspensio 3. nu. 6. Sylu. in verbo irregularitas q. 27. non procul a fine. Tabiena, verbo irregularitas 4. in principio. Iudicial. Inquisit. in verbo suspensio, §. 1. Maior. lib. 3. de irreg. c. 9. n. 17. vers. octaua declaratio, quo sensu ait intelligi debere Rot. decisio. 362. in antiqu. quæ dicit suspensum a Canone celebrando non fieri irregularitatem.

Ideo quamuis hanc suspensionem violauerit, non eget noua, & distincta dispensatione, neque in obtinenda dispensatione facere debet mentionem huius violationis, vt patet ex praxi Curie Romanæ, ex Specul. vbi supra. Innoc. in d. cap. si celebrat. nu. 3. de Cler. ex com. ministr. vbi id dicit de irregulari ob defectum corporalem, aut illegitimitatis, & de irregulari ob crimen notorium. Nauar. in Manual. c. 27. nu. 194. & tom. 1. consil. consil. 40. num. 2. de temp. ord. & consil. 6. num. 4. de conuers. coniug. cuius illationem rationem reddidit in d. cap. 27. Quia irregularitas non est vera suspensio, nec censura Ecclesiastica, vnde celebrans illa irregularitatem nullam violat censuram, nec aliquid aliud, cuius violatio nouam infligat irregularitatem, & illa non incurritur, nisi in casibus a iure expressis.

Inferitur Tertio, si quis violet suspensionem, qua suspensus est ab eo, quod ei non competit iure suo, sed iure suspensio, non fieri irregularem ut optime notat Palud. 4. dist. 18. quest. 7. artic. 3. conclus. 10. Quo loco ne detur alicui occasio errandi, notandum est hoc solum habere locum, quando quis suspenditur tantum ab eo quod sibi competit iure suspensio; si enim per se suspensatur ab eo quod sibi simpliciter competit iure suo, & consequenter ab eo quod sibi competit iure suspensio, irregularis est; quia talis actus coniunctus est cum eo, qui illi competit iure suo.

Ex quibus inferitur errate Maiolum lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 2. versic. Secunda extensio, & num. 8. versic. Decima quarta extensio, dum dicat tam suspensum a collatione beneficiorum, quam suspensum ab ordinibus si conferat beneficium effici irregularem; Cui enim collatio beneficij nullius ordinis actus sit sed solum iurisdictionis, ita, ut Episcopus etiam non consecratus beneficia conferri possit, sequitur necessario neque inducere irregularem; cum ex hac tenore dictis, irregularitas non nisi exercitio actus ordinis incurrat possit.

Secundo, Ad inducendam irregularitatem non satis est quod modo transgredi suspensionem exercitio actus ordinis, sed preterea requiritur, ut hic ordo solemniter exercatur, sic Naua. in Manual. c. 27. num. 153. ubi etiam addit hanc esse communem DD. sententiam; & colligitur ex eorum medicinalis, §. caueant autem, de sent. excom. lib. 6. ubi dicitur violatores illos suspensionis ab ingressu Ecclesie, si autem effici irregulares, si contigerit eos ex officio Diuina Sicat prius. Quo loco obseruandum est, verba illa *Sicut prius*, id est ex glossa ibi, tanquam ex officio agens, id quod colligit glossa, ex capit. si quis Episcopus in Concilio 11. q. 3. Agere autem ex officio est solemniter agere, ex communi consensu DD. vnde concedunt communiter Doctores Subdiaconum suspensionem ab officio Subdiaconatus, si canter Epistolam sine manipulo, non esse irregularem, vt S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. cap. 1. §. de Subdiaconatu, & tit. 2. §. de suspensione, cap. primo, in fine. ait Sacerdotem suspensionem ab officio, dicens officium priuatum eum vno, vel aliter non effici irregularem, & Palud. 4. dist. 18. q. 4. vers. Quibus effectus, ait Sacerdotem in necessitate baptizantem in excommunicatione sicut laicus, non fieri irregularem. Quae omnia aliter verificari non possunt, quam dicendo in genere, exercitium ordinis non solemniter irregularem vno inducere, & latius tradit Nauar. in Manua. c. 27. nu. 163.

Tertio, De exercitio ordinum minorum non ita certo constat inter DD. An aliquando irregularitatem inducat. Omnis autem multorum sententis mihi omnium probabilissima videtur sententia * Felini relata a Tabiena verbo, suspensio, nu. 3. quam sequitur Tabiena ibi, & clarius num. 10. & Guil. Durand. quem refert, & sequitur S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. c. 1. §. de Subdiaconatu, & alij apud Syluestrum verbo, irregularitas, num. 15. Palud. 4. dist. 18. q. 7. art. 3. conclus. 2. violationem suspensionis a minoribus ordinibus etiam per solemnem exercitium actus non inducere irregularitatem, contra Nauar. in Manua. cap. 27. nu. 163. Coronam Confess. tit. de suspensione, num. 4. & Vivaldum tit. de suspensio, num. 141. & Maiolum lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 4. Hostiens. & Ioan. Andr. de Cler. excom. c. 2. Anchar. in c. 1. §. caueant, de sent. excom. lib. 6. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. Hoc etiam nota. Innoc. in c. fina. de excess. prelat. quod intelligit semper exceptis casibus contentis in Bulla Sixti V. quae incipit, *Sacrum, & salutare*, vt supra, quae tamen Sixti V. Bulla per altam Clem. VIII. qua in fine huius libri apponemus, quoad omnia in hoc §. contenta, ad terminos iuris antiqui, & decreta Concilij Tridentini reuocata sunt. Ratio nostra est, quia isti ordines communiter exerceri solent etiam a laicis cum eadem prorsus solemnitate nec vnquam possimus aliquam solemnitatem distinctam a Clericorum propriam in istis actibus inuenire. Et quamuis multi excipiant vnum casum, scilicet, si alicubi ordines isti non nisi per Clericos exerceri solerent; quia tunc exercitium huiusmodi ex officio esse videatur, vt proinde consequenter irregularitatem inducat; De hac ta-

men te ego valde dubito, etenim cum vnice, falis Ecclesie consuetudine Clericis, & laicis officia haec indistincte committere soleat, non puto consuetudinem aliquam paruatularem huius, aut illius loci; irregularitatem inducere posse.

12. Obseruandum tamen est, diuersam rationem esse in horum ordinum collatione, ac in ipsorum executione; etenim non solum collato ipsorum ordinum minorum (qui vere, & proprie ordines sunt) sed etiam collatio prima tonsurae Clericalis, mihi irregularitatem inducere videtur; quia hi omnes actus sunt eiusdem ordinis Episcopalis, & actus illius solennes; Et quamuis ex priuilegio competant alijs, qui Episcopi non sunt, illis tamen non competunt ex officio, sed solum Episcopis: Neque hoc mirum videri debet, nam eodem modo irregularis erit Episcopus benedicendo virgines, Ecclesias, vel altaria consecrando, & alia similia faciendo.

13. Quarto, Suspensionis violatio non solum irregularitatem inducit per actum iure diuino competentem ordini alicui, sed etiam per actum competentem ordini iure humano, vel ex praeepto Ecclesie, vel ex vniuersali consuetudine. Palud. 4. dist. 18. q. 7. art. 3. conclus. 2. Specul. in titu. de dispensat. §. iuxta, vers. item nota quod suspensus. Angelica, verbo, suspensio, 3. num. 8. S. Anton. 3. par. tit. 29. de irregulartate, cap. 1. de Subdiaconatu, fauet Naua. in Manual. cap. 27. num. 163. Maiol. ex prelo lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 4. ver. Nona, vt exempli gratia, in choro inter officium dicere solemniter, *Deus in adiutorium, aut dicere Capitulum praesertim in laudibus, et vesperis, dicere collectam*, & alia similia iure humano, vel ex consuetudine sunt propria ordinis Sacerdotalis & tamen ista omnia iure humano introducta sunt, & consequenter iure humano ipsi Sacerdotio annexa sunt. Addit Armilla in verbo interd. clu.,

14. ciandum dicere solemniter, Deus in adiutorium, aut dicere Capitulum praesertim in laudibus, et vesperis, dicere collectam, & alia similia iure humano, vel ex consuetudine sunt propria ordinis Sacerdotalis & tamen ista omnia iure humano introducta sunt, & consequenter iure humano ipsi Sacerdotio annexa sunt. Addit Armilla in verbo interd. clu.,

15. nu. 64. Sacerdotis etiam officium esse, purificationem mulierum post partum. Idem communiter docet Doctores de officio benedictionis nuptiarum; Idem de benedictione Aquae; Idem de absolvente solemniter ab excommunicatione cum psalmis, & orationibus, & cum stola, & alijs de quibus 11. q. 3. c. Debent. vnde vnusquisque a Sacerdotio suspensus haec officia tanquam ex officio agens, irregularitatem sic faciendo incurrit, ex Ioan. Andr. post Innoc. in cap. fin. de excess. prelat. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. quid de benedicente & vers. Quid de absolvente, Maiol. vbi supra. Vgol. de censu. Eccles. Tab. 1. cap. 14. §.

16. 1. num. 5. Idem erit de Episcopo, qui suspensus solemniter benedicit, per illa verba, Sit nomen Domini Benedictum, de qua agitur in cap. Abbates, de priuileg. lib. 6. & Clem. 2. de priuileg. erit enim irregularis, ita expressim scripsit Nicolaus Dionisij de Perusio scriptor, & eruditus, & antiquus in cap. 1. §. caueant, de sent. excom. lib. 6. quem refert, & sequitur Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 4. & ex prelo doct. Vgol. cir. num. 3. & facit quae tradit gloss. in cap. Ministrare, in verbo, benedictione, 26. q. 6. Hoc modo munus

17. cantandi Epistolam quod proprium est ordinis Subdiaconatus, ex consuetudine Ecclesie limitatum est, vt Subdiaconi proprium sit, cum manipulo illam cantare, sine manipulo aut licet cuius Clerico illam cantare. Hinc omnes communiter concedunt Subdiaconum cantantem Epistolam sine manipulo, non effici irregularem si in suspensione eam sic cantet, vt

A D D I T I O.

* Adde. Et quod suspensus, exercens etiam solemniter actum ordinum minorum, non incurrat irregularitatem, praeter relatos ab Auctore, tenet nouissime Auila de censuris pag. 418. versic. 2. opinio est negatiua, par. 7. dispnt. 9. sectio. 2. dub. 3. Quinimo eandem etiam sequitur Nauar. in Manua. c. 27. num. 244. versic. Dixi alicui cer to ordini, quamuis contraria prius tenuisset in eo. Manual. capitul. vigesimo septimo, numer. 163. versic. Octauo dico.

- ter, vt S. Anton. 3. part. titu. 29. de irreg. cap. 1. §. de Subdiaconatu, vbi ait, si alicubi sit consuetudo, vt non cantent vilo modo Epistolam nisi Subdiaconi neque cum manipulo, neque sine eo, tunc Subdiaconus suspensus a Subdiaconatu etiam sine manipulo cantet, irregularis erit; Ratio est, quia cum ibi non soleant cantare Epistolam nisi Subdiaconi, eo ipso quod aliquis Epistolam cantat, gerit se tanquam Subdiaconum, & ex officio agit, & ideo irregularis efficitur.
- 18 Ex quo dicto infero ego hoc aliud, quod si alicubi consuetudo esset, vt etiam simplex Clericus Epistolam cum manipulo cantaret, tunc Subdiaconus a suo ordine suspensus illam cantans etiam cum manipulo, non erit irregularis; Ratio est, quia quod Subdiaconus illam cantet ex officio, est iuris humani, & consuetudinis, ergo non habet maiorem auctoritatem hoc quam consuetudo, ergo pari iure consuetudo contraria eadem auctoritatem habebit. Nihilominus tamen ego adhuc in vtroque casu magnam habeo difficultatem scilicet, & in illo dicto S. Antonini, & in altero dicto quod ex illo intuli, valde enim dubito, an consuetudo particularis in hoc casu inducere valeat irregularitatem, vbi ex consuetudine vniuersali non inducitur, & e contra ad non inducendam irregularitatem, vbi ex consuetudine vniuersali inducitur; Et quoniam in penis facienda est restrictio, & in privilegijs ampliatio, ideo probabilius est consuetudinem particularem nullo modo irregularitatem inducere posse, vbi consuetudo vniuersalis non inducit, & e contra consuetudinem particularem posse non inducere irregularitatem, vbi consuetudo vniuersalis illam inducit; quia non inducere irregularitatem est fauor, inducere vero irregularitatem est odium odia autem restringi, & fauores conuenit ampliari, & c. in penis; de reg. iur. lib. 6.
- 19 Illud autem ex S. Anton. 3. par. tit. 29. de irreg. cap. 1. §. 2. aduertendum est, quod Subdiaconi suspensi a suo officio seu ordine, si quando Epistolam cantant sine manipulo, (quod illis non obstantibus suspensione, siue irregularitate licet) si tamen exercent alium actum seu exercitium ordinis Subdiaconatus proprium scilicet, portigent Sacerdoti, vel Diacono calicem preparatum, tunc sine dubio irregulares erunt, & videtur esse communis opinio DD. & expresse Cosmas Philarchus lib. 4. cap. 12. numer. 614 docet.
- 20 Ceterum dubium esse potest, An suspensus ab officio predicandi, vel etiam ab officio Diaconatus, si predicet, irregularitatem incurrat? In qua re quicquid Naua, in Manual. cap. 27. num. 163. vers. octauo inferat, & Gregorius de Valentia tom. 4. disp. 7. q. 18. puncto 1. dub. 3. affirmantalem fieri irregularem, ex eo quod predicatio saltem ex consuetudine coniuncta est cum ordine Diaconatus, contraria tamen opinio, & communior, & verior est, hinc irregularitatem contraveniendo non fieri, vt expresse docent Angelica, in verbo, suspensio, 3. nu. 8. & in Clem. cupientes de penis, notant Paul. & Calderin. Simon Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 21. Alphonsus Viuladus tit. de suspensione, num. 163. Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 14. & Henriquez lib. 13. de excomm. & suspens. cap. 32 §. 5. Non enim apparet, vnde probari possit predicationis connectio cum Diaconatu; Nam neque communiter & passim Diaconi predicant, neque ad predicandum admittuntur, vbi est copia Sacerdotum, qui predicare sciunt, & apud ipsum Romanum Pontificem admittuntur ad sermones seu Homilias habendas in solemnioribus diebus intra Missarum solennia finito Euangelio non solum Diaconi, sed etiam Subdiaconi. Quibus addo quod religiosi ferè omnes ad predicandum mittere solent etiam Clericos simplices; & quamuis conuenientissimum sit, vt predicatio non exercentur nisi per homines in sacris constitutos, maxime cum in primitiua Ecclesia ipsimet Apostoli per se exercendum officium predicandi sibi referuassent, in defectu tamen istorum etiam actus predicandi solemniter, etiam cum benedictione petita, & superpelliceo* competere potest laico ex dispensatione Episcopi, vt notat Henriquez vbi supra: in defectu tamen Sacerdotum, & existentium in ordinibus sacris puto melius esse predicationem committi

ti simplici Clerico probo, & docto, quam malo, vel ignaro Sacerdoti. Quod vero Maiol. vbi supra lib. 3. de irreg. cap. 19. nu. 21. vers. Decimatertia, & Alphons. Vial. tit. de suspens. nu. 163. dicant suspensum ab ordine, aut officio Clerici fieri irregularem si predicet, quando huic annexum est officium predicandi, aut prelegendi, puta, quando officium predicandi annexum esset Archidiaconatu, Prioratu, Archieribiteratu, seu Plebanatu, falsum omnino est, vt recte monet Henriquez lib. 13. de excomm. & suspens. cap. 32 §. 5. in annot. litera K. quia talis annexio est omnino per accidens, vnde nulla ratione irregularitatem incurrit, qui in suspensione ab ordine predicandi munus exerceret.

22 Quinto Dubium maius, & difficilium est de suspensio ab aliquo ordine, an hoc ipso quod ascendit ad ordinem superiorem efficiatur irregularis? Exempli gratia, An Subdiaconus suspensus a Subdiaconatu si fiat Diaconus sit irregularis?

Ratio dubitandi est duplex, vna quia ascendendo ad ordinem superiorem exercere videtur officium ordinis inferioris, a quo est suspensus, vt iuste Subdiaconus ascendens ad recipiendum Diaconatum gerit se pro Subdiacono; siquidem presentat se inter Subdiaconos, & in habitu, & apparatu Subdiaconi, & ideo videtur esse irregularis. Alia ratio est quia vix ascendere potest ad ordinem superiorem, quin exerceat illum ordinem; a quo suspensus est. Nam Subdiaconus promouendus ad Diaconatum inuicem solet, vt cantent Epistolam; ergo irregularis erit. Contrarium in cap. Alma mater par. 2. §. 3. num. 5. vers. Septimo, & seq. de sent. excomm. lib. 6. ait suspensum ab aliquo ordinum minorum ascendente ad alium ordinem minorem non effici irregularem, suspensum vero ab aliquo ordine sacro ascendente ad alium ordinem sacrum fieri irregularem; & de rationem diuersitatis, quia ascendendo ad alium ordinem minorem non exercet actum proprium ordinis inferioris iuxta canonicam solemnitatem, at vero ascendendo ad aliquem ordinem sacrum solemniter exercere debet actum inferioris ordinis, a quo est suspensus, vel actum illius ordinis, quem recipit: vt verbi gratia, promotus ad Subdiaconatum, vel Diaconatum, legi postea Ecclesiasticis vestibus indutus Epistolam, vel Euangelium ea solemnitate, qua solet in solemnium Missarum celebratione legi; & suspensus a Diaconatu promotus ad Sacerdotium, eodem die dicit Missam simul cum Episcopo, & cum illo consecretur, vt notant Syluest. in verb. Eucharistia, 2. quaest. 4. S. Thom. 4. d. 13. quaest. 1. articu. 2. quaest. iuncta 2. & 3. par. q. 82. art. 2. Paulud. 4. d. 13. q. 4. ar. 2. Cum Covar. consentit Simon Maiol. lib. 4. de irregul. c. 34. nu. 1. & 2. vbi absolute dicit, suspensum vel interdictum ordinem suscipi non effici irregularem.

His tamen non obstantibus, existimo huiusmodi suspensum hoc ipso quod recipit ordinem, superiorem non effici irregularem, etiam si promouetur ad quemcumque ordinem sacrum. Id quod Zerula par. 2. sua praxis Episcop. verbo irregularitas dub. 2. de accipiente Subdiaconatum, vel Diaconatum in aliqua censura Ecclesiastica concedit. Idemque fatetur Fr. Hieronymus a Sorbo Capucinus in suis annotationibus ad compendium privilegiorum Fratrum Mendicantium, in verbo, Ordines sacri. Neque enim uerum est vniuersaliter istum in sua ordinatione debere necessario exercere actum alicuius ordinis, vt patet ex pra xi, siquidem multoties ordinantur triginta, aut plures Subdiaconi, & Diaconi, & sic omnes Epistolam aut Euangelium non cantant; neque ex eo quod hic incedit in apparatu illius ordinis, a quo est suspensus, efficitur irregularis, quia appa-

A D D I T I O

* Adde. Similiter, & laici cantores in plerisque ecclesiis dum choro intersunt, consueverunt superpellicem induere; maxime vero, qui ceteris cantoribus tanquam magistri superintendunt.

apparatus simpliciter, & in se consideratus, non dicitur exercitum alicuius actus. Et quamvis suspensus a subdiaconatu accederet ad altare cum sacerdote cum toto suo apparatu, si tamen in illa missa nullum exerceat officium sui ordinis, irregularis non erit.

Solutio igitur superest difficultas de eo, qui promouetur ad sacerdotium, quia concelebrat simul cum episcopo celebrante; in qua re quicquid Couar. & Maiol. vbi supra, Nauar. tom. 2. consil. 4. de cleric. excommunic. ministr. Thomas Zerula, & Fr. Hieronymus a Sorbo vbi supra, velint hunc irregularem fieri; loquendo tamen contra, velint ad principia superius a nobis in hoc libro, capit. 3. in regula primæ declaratione posita, adhuc dico probabilissimum esse, sacerdotem hunc irregularem non fieri. * Dicitur enim ibi suspensum ab aliquo ordine inferiori, consequenter ab ordine superiori suspensum esse; vbi annotamus hoc quidem habere locum quantum ad peccatum propter naturalem quandam indecentiam, non habere tamen locum quantum ad irregularitatem: cuius rei rationem libilatus exposuimus; & huic opinioni nostræ fauere videtur Barth. Medina, de instruct. confess. lib. 1. ca. 1. §. 8. vbi asserit ordinatum ante tempus, & celebrantem missam cum episcopo ordinante, irregularem non esse, quia ecclesia reputat pro prima missa illam ratam, quam quis per seipsum postea celebrare solet, & idem docet Hennequez lib. 14. de irreg. c. 3. §. 6. in fine.

Secundo, difficultas inter auctores est de episcopo a pontificalibus suspensio an celebrando missam in apparatu pontificali efficiatur irregularis: Hanc questionem disputarunt DD. Innoc. Philip. Franc. Gemin. & Anchar. in c. cum medicinalis, de sent. excomm. lib. 6. & alij, in qua re tres sunt auctorum sententia.

Prima est, asserentiam esse irregularem, sic Ioann. Caldecina in tractatu de ecclesiast. interd. memb. 2. quaest. 3. quæ incipit, sed si cui Gemin. in cap. cum medicinalis, §. si quis autem, num. 5. de sent. excomm. lib. 6. Angelica, verbo suspensio, num. 3. & Nauar. in Manual. cap. 27. numero 363. vers. Ex quo inferitur primo. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 5. & nu. 6. Alphonsus Viualdis tit. de suspens. nu. 146. & fauet Palud. 4. d. 18. q. 7. artic. 3. conclus. 2. Ratio est, quia episcopatus est ordo, vt Canonum interpretes communiter concludunt, & gloss. in proem. decret. libro 6. in verbo episcopus, & citat cap. clericos, d. 21. & Nauar. in Manual. cap. 22. nu. 18. & fauet Trid. sess. 23. de ordin. cap. 4. & Cano. 6. & 7. celebrare autem in apparatu pontificali, est exercere actum proprium ordinis episcopalis; exercere autem actum ordinis a quo quis suspensus est, irregularis est; ideoque episcopus a pontificalibus suspensus, sic celebrando irregularis efficiatur.

Secunda docet episcopum a pontificalibus suspensum, si celebrat, non fieri irregularem, sic Innoc. in cap. cum medicinalis, in verb. A diuinis, de sent. excomm. lib. 6. Ioan. Moynach. & Specul. in tit. de irregul. capit. Quid sit irregularitas, col. 12. vers. Quid si episcopus. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensio, cap. 4. ultra medium, qui etiam citat Hostiensem. Syluest. verbo suspensio, quaest. 5. versic. cum autem suspensio, qui citat etiam pro hac sententia Rosellam, Archid. Host. Vueruecium, & Guil. Durand. Panorm. in c. cum dilectus, de consuetud. Couar. in Clem. si furiosus, par. 1. §. 1. vers. Secundum, de homicid. Thomas Zerula in sua practica episcopali, in verbo Irregularitas, vers. Decimo octauo, & in verbo suspensio, dub. 6. & Iacobus de Grassijs, lib. 4. decis. cap. 25. num. 3. Qui id probant primo, quia pontificalia non sunt de substantia ordinis, celebrationis, aut officij nam sine eis quodlibet officium fieri potest. Secundo, quia hoc nullo iure reperitur expressum, vt suspensus a pontificalibus celebrando fiat irregularis. Nullus autem irregularis efficiatur, nisi vbi id iure cautum habetur, vt dicitur in cap. is qui, de sent. excomm. lib. 6. quæ opinio mihi videtur venor, etiam si concedamus episcopatum esse verum, & proprium ordinem, quia ad huc celebrare missam cum apparatu pontificali non est actus proprius episcopalis, cum per characterem episcopalem excommunicati Theologorum, & Canonistarum sententia, episcopus nullam recipiat potestatem nouam in ordine ad cor-

pus Christi verum, sed solum in ordine ad corpus mysticum Christi.

Tertia sententia est, quæ non absolute vnam aut alteram opinionem affirmat, aut negat, sed distinctione quadam vititur pontificalium, ad hoc vt sciatur, an ex eorum usu, & exercitio irregularitas incurritur, sic Bartho. Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 1. capit. 14. §. 1. num. 2. vbi ait, quod si nomine pontificalium ornamenta pontifici accipiamus, vt baculum, mitram, & id generis, quibus vtuntur dum celebrant, sic suspensus diuina faciens illis vtendo irregularis non erit, cum huiusmodi ornamenta, officia diuina non sint, vt constat; suspensus vero vt irregularis sit, officia diuina exequi debet, arg. cap. 1. de sent. & re iud. lib. 6. capit. 1. de sen. excomm. lib. 6. Sin vero nomine pontificalium, munerata pontificum propria accipiamus, vt sunt ordines conferre, baptizatos confirmare, ecclesias, aut virgines consecrare, & huiusmodi, sic a pontificalibus suspensus irregularis erit, etiam si ornamentis illis non adhibitis hæc munera obeat; quia talis diuina facit, & ex officio; diuina vero faciens ex officio in suspensione irregularis est. c. §. 1. sciturus, de sent. & re iud. lib. 6. & c. c. medicinalis, §. caueant, de sent. excomm. lib. 6. vt autem hæc opinio, quæ omnium optima est, melius intelligatur, & etiam plenior tum huius difficultatis, tum aliarum, quæ de solemnitate contingere possunt, expositio habeatur, tria breuiter obseruanda sunt.

Primum est, In actibus Sacris triplicem solemnitatem considerari posse.

Prima est, solemnitas, quæ est propria alicuius actus, nõ quatenus talis actus est, sed vt est actus talis ordinis determinatissimè vt idem prorsus actus sine solemnitate non sit proprius alicuius ordinis, sed possit per quemcunque exerceri; cum illa vero solemnitate efficiatur actus proprius alicuius ordinis determinati, & consequenter cum eadem exerceri non possit, nisi ab habente talem ordinem; vnde hæc solemnitas coniuncta actus dicitur determinare ipsam actum ad talem ordinem, vt baptizare sine solemnitate pertinet ad quemcunque non modo clericum, sed etiam laicum in necessitate immo ad mulierem ex communi sententia DD. & ad infidelem, cum solemnitate vero est actus proprius ipsius sacerdotis; idem dicendum de cantu Epistolæ.

Secunda solemnitas est propria alicuius actus Sacri prout talis actus est, quia actus ille facit, prout talis actus est, sine illa solemnitate licet exerceri non potest; & consequenter siue cum illa solemnitate, siue absque vlla solemnitate, actus ille semper ad eundem ordinem pertinet, vt solemnitas, & apparatus sacerdotis in dicenda missa, apparatus diaconalis in cantando euangelio apparatus pontificalis in actibus proprijs ipsius ordinis pontificalis, vt in collatione ordinum, in confirmando &c. & hæc solemnitas addita actui, sicut illi determinationem aliquam non addit; ita etiam ab actu separata determinationem suam illi non tollit.

Tertia solemnitas nullo modo est propria ipsi actui, sed merè

A D D I T I O.

* Adde. Et bene nota doctrinam istam, quam alibi huc usque non vidi, nempe suspensum ab ordine aliquo inferiori, consequenter suspensum esse a superiori; non propterea tamen effici irregularem si exerceat illum ordinem maiorem; sed sic peccat quidem: quia ad inducendam culpam sufficit illa indecentia vtendi ordine superiore permanendo in suspensione a minori ordine: non tamen ad inducendam irregularitatem, pro qua requiritur expressa dispositio iuris, qualis non inuenitur in hoc casu, sed tantum in casu quo quis suspensus ab aliquo ordine, exercet eundem ordinem, & facit pro hac doctrina, quod prohibitio principalis plus operari debet, quam secundaria, & consecutiuæ; ad late notata per Ant. Nald. in Quest. Pract. verbo, Quæritas, nu. 6.

merè accidentaliter illi additur, & hæc multiplex eſſe poteſt; Quædam enim conſiſtit in maiori apparatu muſico, vt fieri ſolet in ſolemnioribus anni diebus; Quædam conſiſtit in maiori apparatu Clericorū, vt in eiſdem ſolemnioribus anni diebus ſolent plures Clerici cum maiori apparatu officia exercere; Quædam denique eſt, quæ additur actui ratione maioris dignitatis perſonæ, vt Epifcopi, & Abbates initiati Miſſam cantare ſolent cum maiori apparatu, ſcilicet Pontificali, qui apparatus in ordine ad actum Sacrificandi extrinſecus omnino eſt, vt per ſe pater.

28 *Secundum eſt*, Quando quis ſuſpenditur a prima ſolemnitate, non ſuſpenditur ſimpliciter ab exercitio ipſius actus, ſed ſolum ab exercitio eius ſolemnis, ſeu cum illa ſolemnitate; vnde quantumcunque ſuſpenſus actum illum ſine ſolemnitate exercere poteſt, & in hoc exercitio non peccat mortaliter, & conſequenter irregularis non eſt. Suſpenſio autem a ſecunda ſolemnitate, ſiue fiat ſub nomine ipſius ſolemnitatis, ſiue ſub nomine actus, vel ordinis cui propriè competit ſolemnitas illa, ſimpliciter prohibet exercitium illius actus, ita vt talis ſuſpenſus neque cum illa ſolemnitate neque ſine ea, actum talem exercere poſſit; Vnde conſequenter ſi durante ſuſpenſione actum illum exerceat, ſiue cum illa ſolemnitate, ſiue abſque illa, & peccat mortaliter, & irregularis efficitur. Suſpenſio verò a ſolemnitate tertia, quarum ad omnia illa tria relata, ſiue fiat ſub nomine ſolemnitatis, ſiue ſub ratione actus, aut ordinis, ſolum prohibet ipſam ſolemnitatem, ita vt ſuſpenſus licitè exercere poſſit actum, & actum prout eſt talis ordinis proprius, & cum ſolemnitate propria illius actus, ſine hæc tamen ſolemnitate accidentaliter, vt quando quis ſuſpenditur ab officijs ſolemnibus, a Miſſa cantata, & huiusmodi alijs modis. Vnde ſi quis transgrediretur hanc ſuſpenſionem exercendo ſolemnitatem ſibi prohibitam, quamvis peccet mortaliter, irregularitatem tamen non incurrit; Quia ex violatione cenſurarum, & ſuſpenſionis in ſpecie, vt initio huius capituli diximus, non incurrit ullam irregularitatem, niſi exercitio actus prohibiti per ſuſpenſionem; Sed in hac ſuſpenſione nullo modo prohibetur actus, ſed tantum ſolemnitas, quæ omnino extrinſeca eſt actui, & proinde per violationem iſtius ſuſpenſionis non incurrit irregularitatem.

29 *Tertium eſt*, Nomen Pontificalium, vt cap. 4. diximus propriè ipſum apparatus Pontificium ſignificat; Epifcopus autem, ſeu Pontifex duo genera actuum exercere poteſt; *Primum eſt* eorum actuum, qui non competunt illi, quatenus epifcopus eſt, ſed quatenus eſt Sacerdos, Diaconus, vel Subdiaconus; *Alterum eſt* eorum, qui competunt ei quatenus eſt Epifcopus, vt conferre ordines, & ſimilia, & vtrumque genus actuum exercere poteſt epifcopus cum ſuo apparatu Pontificali. Hinc ſit, vt ſuſpenſio a Pontificalibus hoc vtrumque genus actuum reſpiciat, & diuerſos operatur effectus in ordine ad vnum genus, & in ordine ad alterum. Nam ſuſpenſio a Pontificalibus, quatenus reſpiciat actus, qui ſunt proprii Epifcopi, pertinet ad ſuſpenſionem ab apparatu ſecundi generis, & a ſolemnitate ſecunda ſuperius in primo, & ſecundo Notabili dicta: Vnde ſimpliciter prohibet exercitium actuum epifcopalium, vt epifcopus eos, neque cum apparatu Pontificali, neque ſine illo exercere queat: Eadem vero ſuſpenſio a Pontificalibus in ordine ad alios actus pertinet ad ſuſpenſionem a ſolemnitate tertia ſuperius dicta; & ſic nullo modo prohibet ſubſtantiam illorum actuum; neque apparatus proprium in illorum exercitio requiſitum, ſed ſolum prohibet accidentalem hanc ſolemnitatem apparatus Pontificalis in illis actibus. Ex quibus omnibus ſequitur, quod epifcopus ſuſpenſus a Pontificalibus, ſi exerceat actum aliquem proprium epifcopi, ſiue cum apparatu Pontificali, ſiue abſque illo, & peccat mortaliter, & efficitur irregularis: Sin autem exerceat aliquem actum alium non proprium epifcopi, ſed alterius ordinis ſine apparatu Pontificali, nec peccat, nec irregularis eſt, ſed cum apparatu Pontificali peccat quidem, irregularis tamen non erit.

30 *Septimo*, De ſuſpenſo donec peniteat, Dubium eſt, an ſit irregularis, ſi ante penitentiam exerceat actum, a quo eſt ſuſpenſus, Cuius dubij ſolutio pendet ex his, quæ cap. 8.

diximus, An ſcilicet ſuſpenſio hæc, *Donec peniteat*, ſit vera ſuſpenſio, quæ eſt Eccleſiaſtica cenſura. Et quantum non nulli vtriusdem dictum eſt, hanc veram cenſuram non eſſe putauerint, ſed ſolum eſſe ſuſpenſionem iuris diuini per quam peccator actus ordinis exercere prohibetur, *Donec peniteat*; Nos tamen eo in loco probauimus veram cenſuram Eccleſiaſticam eſſe, quia in cap. ſi qui ſunt, diſtinc. 8. fertur ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ ſub hac forma, *donec peniteat*. Suſpenſio autem ab ingreſſu Eccleſiæ vera cenſura eſt. Vnde ſi ante penitentiam exerceat actum ordinis extra Eccleſiam non erit irregularis, ſi vero intra Eccleſiam actum ordinis exerceat, irregularis erit. Suppoſito igitur quod hæc ſuſpenſio, *donec peniteat*, ſit vera cenſura Eccleſiaſtica; Reſpondetur ad difficultatem propoſitam, eum qui ante penitentiam transgreditur hanc ſuſpenſionem, ſimpliciter fieri irregularem, ſic Tabienus verbo ſuſpenſio, num. 10. verſic. Nono. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 77. & cap. 27. num. 154. Couar. in Clementi ſi furioſus par. 1. §. 1. num. 5. de homicid. vbi alios refert. Maiol. lib. 5. de irreg. cap. 37. num. 1. vbi ait, Notorium ſignificatore ante penitentiam celebrantem eſſe irregularem, eſt contrarium lib. 3. de irreg. cap. 19. num. 16. verſic. Quinta declaratio, docuerit. Hæc autem ſententia noſtra, ex eo probari poteſt; Quia ſi ſub iſta forma, *donec peniteat*, fertur ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ, ſine vilo dubio, qui ante penitentiam celebrat intra Eccleſiam, erit irregularis; quandoquidem ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ transgreſſorem reddit irregularem, vt habetur in cap. 5. cui de ſent. excomm. lib. 6. At verò non eſt maior ratio de ſuſpenſione ab ingreſſu Eccleſiæ, quam de alijs ſi ſuſpenſiones per exercitium ordinum violentur. Ergo cum ſuſpenſio hæc, *donec peniteat*, a quocunque ordine, & actu Sacro ſuſpendat, transgreſſorem efficit irregularem.

31 *Oſtendo*, Simon Maiolus lib. 5. de irreg. cap. 19. numer. 2. verſic. Decima quinta, & Alphons. Viuald. ut de ſuſpenſio, num. 147. putant ex ſuſpenſione incurſi poſſe irregularitatem abſque vilo proſus actuum ordinum exercitio, hoc ipſo quod aliquis manet ultra annum in ſuſpenſione ſimpliciter, & indetermi-nate lata, & citat cap. cum bono, de arat. & qualiter iuncta gloſſa, *verum* quia neque ſextus illius Capituli tale quid dicit, neque glo. in verb. *Suſpenſio*, & in verb. *poſtmodum* dicit talem eſſe irregularem, ſed ſolum eſſe inhabilem ad beneficia, irregularitas autem per ſe primo non reſpiciat beneficium, ſed actus ordinis, & ex eo quod inhabilem reddit ad ordines, conſequenter etiam inhabilitat ad beneficia, ideo nullo modo dicendum videtur ſine exercitio actuum, quempiam irregularem effici poſſe.

32 *Nono*, De ſuſpenſo, ſeu quod idem eſt, de interdico ab ingreſſu Eccleſiæ, certum eſt, ſi intra Eccleſiam exerceat ſolemniter actum ordinis ſit irregularis, vt expreſſe habetur in cap. ſi cui, & ibi gloſſa in verbo in ea. & ibi Steph. Coſta num. 1. de ſentent. excomm. lib. 6. & glo. in 4. epifcoporum, in verb. ingreſſum, de priuileg. lib. 6. Palud. 4. diſt. 18. quaſt. 7. artic. 3. conclu. 1. S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdico, cap. 2. verſic. Item nota. Angelica, verb. *Suſpenſio*, 3. num. 4. & 5. Summa Piſanel. in verb. *Suſpenſio*, Specul. in tit. de diſpenſ. §. iuxta, verſic. Quid ſi quis *Suſpenditur*, Nauar. in Manuali cap. 25. num. 75. & cap. 27. numero 170. verſic. Sexto dico. Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 10. numer. 7. Couar. in cap. alma mater, par. 6. §. 1. num. 3. de ſent. excomm. lib. 6. & etiam Henriquez lib. 13. de excomm. & ſuſpenſ. cap. 3. §. 2. ſed ſi extra Eccleſiam, puta ſub domo, vel tentorio, vel in domo priuata ingerat ſe diuinis, non eſt irregularis, ex gloſſa & DD. allatis. Et ratio eſt, quia dictum limitationis ſecundum ſuam limitationem intellegi debet; limitatur autem hæc pœna cum ſcilicet celebrant in Eccleſia; ergo non habet locum ſi extra Eccleſiam celebratur, maxime cum in penis benignior interpretatio faciendi ſit, arg. c. in penis, & c. odia, de regul. iur. lib. 6. & interpretatio eſt, ff. de pœn. Circa quam materiam multa dubia moueri poſſunt.

33 *Dubium primum ſit*, An ſi ſuſpenſus, ſeu interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ exerceat actum ordinis intra Eccleſiam non conſecratam, quæ magis propriè dicitur Baſilica, quæ Eccleſia

Ecclesia, cap. 1. & ibi glo. in verb. Dedicanda. de relig. do-
 mib. fiat irregularis? Huic difficultati respondet Calderin.
 tract. de interdict. memb. 2. versic. Nunc queritur affirma-
 tive, & probat ex cap. fin. de consecrat. Eccles. vel altar. &
 cap. penult. de immunit. Eccles. quibus locis Ecclesia non
 consecrata equiparatur consecrata, iuncta glo. in d. cap.
 penult. in verb. admittit. Quae sententia mihi etiam vide-
 tur probabilis, dummodo Ecclesia constructa sit auctori-
 tate episcopi, cap. Nemo Ecclesiam, de consecrat. dist. 1. S.
 Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto, cap. 2. versic. Item no-
 ta Steph. Costa in cap. is. cui, num. 20. de sent. excommuni-
 lib. 6. Henriquez lib. 13. de excommuni. & suspens. cap. 32.
 §. 2. Quod debet intelligi, dummodo Ecclesia sit publica,
 & quae proprie vocari possit Basilica, seu oratorium publi-
 cum auctoritate episcopi constructum, quia in privato o-
 ratorio, seu Capella, quamvis auctoritate episcopi con-
 struatur, non licet cuiquam celebrare sine pena irregula-
 ritatis, ex S. Anton. & Henriquez ubi supra, quia tale o-
 ratorium proprie Ecclesia non est, quod tamen Henriquez
 limitat, dummodo non sit oratorium designatum ab epi-
 scopo in perpetuum pro celebratione, tunc enim qui in eo
 celebraret, irregularem fore putat.

Dubium secundum sit, An Sacerdos cantante Missam
 intra Ecclesiam, si Diaconus, vel Subdiaconus ab ingressu
 Ecclesiae suspensus Evangelium, vel Epistolam extra Eccle-
 siam cantet, talis Diaconus, vel Subdiaconus efficiatur
 irregularis? Calderin. ubi supra respondet affirmativè; Quia
 in Missa ista singulae sunt tanquam 4. artes, scilicet cantatio
 Evangelij, vel Epistolae, & reliquum Missae, quod dicitur a
 Sacerdote, ex quibus partibus illa, quae dicitur a Sacerdote
 est principalissima, vnumque omnes hae partes officium
 constituunt. Unde a parte principali Missa denominatur
 cantata intra Ecclesiam, & sic officium Diaconi, vel Sub-
 diaconi, quamvis sit extra Ecclesiam exercitatum, a parte
 tamen principali trahitur ad conditionem Ecclesiae, &
 huic officio cooperati sunt in actu sibi prohibito; Quia igitur
 illi cantauerunt in Missa, quae facta est intra Ecclesiam,
 dicuntur violasse suam censuram, seu suspensionem, &
 consequenter dicuntur irregulares, quia accessorium se-
 quitur naturam sui principalis. Reg. accessorium, de regu-
 lur. lib. 6. pro qua opinione faciunt multa iura citata a Cal-
 derino, c. vnicuique, de consecrat. Eccles. vel altar. lib. 6. c. si cini-
 tas, de sen. xcom. lib. 6. & ff. de acqu. rer. dom. in l. Adeo,
 §. fin. & expressè docet S. Anton. 3. par. tit. 27. de interdicto,
 c. 2. vel item nota. in fine.

Dubium tertium sit, An Sacerdos, qui cantat Missam intra
 Ecclesiam ex hoc quod admittit scienter Diaconum,
 vel Subdiaconum suspensos ab ingressu Ecclesiae ad can-
 tandum Evangelium, vel Epistolam extra Ecclesiam, fiat
 irregularis? Calderin. & S. Anton. ubi supra, vers. presbyter
 vero. Sylv. verbo interdictum 6. quaest. 6. Steph. Costa, in
 cap. is. cui, nu. 21. & seq. de sent. excommuni. lib. 6. irregula-
 ritatem esse putant; quia iste Sacerdos participat cum Dia-
 cono, vel Subdiacono suspeso in crimine criminioso, id quod
 probant ex cap. Nuper, & cap. si concubinae, de sent. excom-
 muni. nihil omnino faciunt ad eorum intentionem proban-
 dam. Unde respondeo, talem Sacerdotem non esse irregu-
 larem, etiam si eosdem admittet ad cantandum Evan-
 gelium, vel Epistolam intra Ecclesiam.

Primo quidem, quia licet concederemus esse participa-
 tionem in crimine criminioso, adhuc tamen non sequitur,
 istum esse irregularem, quia participatio in crimine crimi-
 noso ad summum potest pro prima vice inducere in ean-
 dem censuram, qua innodatus est ille cum quo participat,
 ut evidenter colligitur ex d. cap. Nuper. & c. si concu-
 binae. Et enim, irregularitas haec incurri non potest, nisi ex
 violatione censuræ; At vero Presbyter iste nondum erat
 censura innodatus, & per huiusmodi participationem ad
 summum incurrit censuram suspensionis. Ergo per hanc
 irregularis effectus non potest, nisi postquam exercuit actum
 in suspensione.

Secundo, Quia de censura suspensionis nullo iure repeti-
 tur participantem cum suspeso in crimine criminioso in-
 curre hanc suspensionem; iuraque, quae de tali parti-

icipatione loquuntur, de excommunicatione solum lo-
 quuntur, ut ex Canonibus cit. & maxime ex c. si concubi-
 nae patet.

Tertio, Quia adhuc participatio ista presbyteri huius
 nullo modo est participatio in crimine criminioso, ut pa-
 tet ex d. cap. si concubinae, si quidem participare in crimi-
 ne criminioso ex natura sua est, cum quis innovatus est ali-
 qua censura propter aliquod crimen, cum illo participare
 post latam sententiam censuræ in eodem crimine, ut ex ip-
 sa vi nominis apparet; Nam participare in crimine crimi-
 noso, est participare in crimine cuius ille criminiosus est, ut
 in d. cap. si concubinae, dicuntur excommunicari maiori
 excommunicatione Clerici, qui postquam concubinae co-
 tum excommunicate fuerant; propterea quod ab ipsis
 non discederent, iterum se cum huiusmodi concubinis
 coniunxerunt, & sic cum illis in eodem crimine partici-
 paerunt, propter quod illae excommunicate fuerant: At
 vero in casu proposito Diaconus, vel Subdiaconus suspen-
 si ab ingressu Ecclesiae, admissique a Sacerdote ad cantan-
 dum Evangelium, vel Epistolam, non fuerunt suspensi
 prius propter cantum ipsius Evangelij, vel Epistolae: Ergo
 Sacerdos, qui illos admittit, non dicitur cum illis in crimi-
 ne criminioso participare; & proinde neque ex hoc capite
 Sacerdos ille fit irregularis. Notandum vero est non frus-
 tra a nobis dictum esse, Sacerdotem istum ex natura rei
 non participare in crimine criminioso, quia aliquando
 participatio haec potest esse in crimine criminioso, eo quod
 scilicet quis suspensus est, quia nescit legere Epistolam; tunc
 enim Sacerdos admittens illum cantare in crimine crimi-
 noso participare diceretur.

Obijciunt tamen nonnulli, c. significavit, de sentent. ex-
 communi, ubi aperte dicitur, Clericos participantes scienter
 cum excommunicatis excommunicationem maiorem in
 factis, incurere eandem excommunicationem maiorem,
 ergo pari ratione participans cum suspeso, si participet
 in sacris suspensus etiam erit. Haec tamen ratio non va-
 let; Primo, quia licet hoc esset simpliciter statutum de ex-
 communicato, adhuc tamen locum non habebit in sus-
 pensis; quia licet paritas rationis sufficiens sit ad inducen-
 dum peccatum, non tamen est semper sufficiens ad inducen-
 dum censuram. Secundo, Non constat inter Doctores
 hoc esse simpliciter constitutum de ipsa excommunica-
 tione; si quidem d. c. significavit, a plerisque intelligitur de
 participante in sacris in crimine criminioso; Ab alijs vero
 intelligitur de excommunicatione, quae lata fuit non solum
 contra reos illos, sed etiam contra omnes participantes;
 & ita multo minus habebit locum in alijs censuris.

Dubium quartum sit, An si Sacerdos celebrat Missam
 extra Ecclesiam, & Diaconus, vel Subdiaconus, cui est in-
 terdictus ingressus Ecclesiae, Evangelium, vel Epistolam
 cantet intra Ecclesiam Diaconus, vel Subdiaconus exin-
 de irregularis sit? Calderin. S. Anton. in d. vers. Presbyter
 vero. Sylv. verbo interdictum 6. q. 6. & Steph. Costa ubi su-
 pra, talem fieri irregularem affirmant, & ratio est, quia
 Diaconus, vel Subdiaconus iste verè intra Ecclesiam exer-
 cet actum, ubi prohibetur illum exercere, c. is cui, de sent.
 excommuni. lib. 6. Quae sententia mihi etiam vera esse vi-
 detur, & multo verior, quam si Sacerdote celebrante in-
 tra Ecclesiam isti cantassent Epistolam, vel Evangelium
 extra Ecclesiam; quia in hoc posteriori casu cum verè actum
 suum exercerint extra Ecclesiam non incurunt irregula-
 ritatem, nisi consequenter, ex eo quod accessorium trahi-
 tur a principali in priori autem casu, id est, de quo nunc
 loquimur, cum verè & formaliter transgrediatur suam sus-
 pensionem, exercendo actum intra Ecclesiam multo cer-
 tius efficitur irregularis, ut de se manifestum est.

Dubium quintum sit, An Sacerdos, qui cantat Missam
 extra Ecclesiam ex eo quod scienter admittat Diaconum,
 vel Subdiaconum suspensum ab ingressu Ecclesiae ad can-
 tandum Evangelium, vel Epistolam intra Ecclesiam, effi-
 ciatur irregularis? Respondent Calderin. S. Anton. & Steph.
 Costa ubi supra, & bene non esse irregularem, ut patet ex
 his, quae in dubio 3. diximus; & quia Sacerdos iste non est
 ipse suspensus, nec participat in crimine criminioso, &
 proinde nullo modo irregularis est; & quia dignum non
 est

est quod principale, vel dignius, ad accessorium, vel minus dignum trahatur, & satis est, quod nullibi in iure hoc expressum sit.

De Absolutione Suspensionis. Cap. XVII.

S Y M M A R I V M.

- 1 [Absolutiois, relaxationis] & [dispensationis] voces qualiter inter se differant.
- 2 Suspensiones quaedam, absque vlla relaxatione, absolutio-
ne, vel dispensatione cessant.
- 3 Suspendio lata [Donec quis satisfaciat] satisfactioe fa-
cta absolute non indiget.
- 4 Excommunicatio lata sub ea conditione [Donec satisfacere]
absque absolute non tollitur.
- 5 Suspendio [Donec satisfecerit] facta satisfactioe, iudicis
declaratione indiget de premissa satisfactioe.
- 6 Satisfecisse quis dicitur, vbi plene, & non ex parte credi-
tori satisfecerit.
- 7 Minima non curari, quo sensu verum esse censea-
tur.
- 8 Suspendio ob contumaciam, que in delictum non transit,
cessante contumacia, ipso iure absolutus est.
- 9 Iudex aliquem suspendens donec coram eo compareat, sta-
tim, ac comparuerit, absolutus est.
- 10 Suspendio ad certum tempus, vel vsque ad aliquam actio-
nem lata, ante lapsum illius temporis, vel antequam
fiat illa actio, a nullo, nisi a Papa tolli potest.
- 11 Dispensare in iure solus conditor iuris potest, aut is, cui con-
ditor committit.
- 12 Suspendio in iure simpliciter lata ob contumaciam, ab Epi-
scopo, vel vices eius gerente absolui potest.
- 13 Suspendio per Synodalem constitutionem lata, & a Papa
approbata, per Episcopum relaxari potest.
- 14 Suspendio in iure simpliciter ob delictum lata, & nulli re-
seruata, per Episcopum tolli, & relaxari potest.
- 15 Suspensiones omnes iuris ferè propter crimen latae
sunt.
- 16 Excommunicatio non solum medicina, sed etiam pena gra-
uissima est.
- 17 Suspendio, & pena, & medicina est, & quare vocetur pe-
na spiritalis.
- 18 Suspendio in iure in perpetuum lata, per Episcopum tolli
non potest.
- 19 Episcopus sibi subditos in sua diocesi, a quibus suspensio-
nibus post Concil. Trid. absolueri possit.
- 20 Concilium Trident. veterem Episcoporum auctoritatem
quoad potestatem absoluedi a suspensionibus non re-
stringit.
- 21 Occultum crimen quodnam dicendum sit.
- 22 Crimen, quando ad forum contentiosum deductum esse
censeatur.
- 23 Episcopus an ex eo, quod crimen deductum sit ad forum
contentiosum, cum citatione partis, & eius depositione,
perdat potestatem absoluedi ab illa censura.
- 24 Absolueri a suspensione hominis communiter ille solus po-
test, qui tulit sententiam, aut successor eius in di-
gnitate.
- 25 Superior reum absoluedum regulariter ad iudicem, qui
sententiam tulit, remittere debet.
- 26 Superior, quibus in casibus licite sententiam inferioris re-
laxare potest.

- 27 Suspendio, quibus in casibus non a ferente sententiam, sed
a summo Pontifice absolui queat.
- 28 Prælati Regul. subditos sibi a censuris absolueri possunt.
- 29 In absolute suspensionis iuramentum aliquando de
mandatis Ecclesie exigi debet.
- 30 Forma consuetæ Ecclesie de exigendo iuramento in abso-
luendo a censura quænam sit.
- 31 Mandatum quod absoluedo a confessoris iniungendum est
quale esse oporteat.
- 32 Iuramentum quando ab eo, qui absoluedus est, exigi non
debeat.
- 33 Absolute suspensionis forma a suspensione quænam sit.
- 34 Absolute suspensionis forma, nec in suspensione, nec in alijs cen-
suris, cum certis aliquibus verbis determinata est.
- 35 Absolute suspensionis forma talis esse debet, ut explicet, a qua cen-
sura absolutio fiat.
- 36 Absolutio suspensionis aliquando ad cautelam concessi
potest, & solet.
- 37 Absolutio ad cautelam in suspensio quænam operetur.

A Nec omnia obseruandum est, Doctores communiter
in hac materia suspensionis vti solere hac triplici vo-
ce, Absolutiois, Relaxationis & Dispensationis. Felinus sa-
tem in cap. Apostolica. de excep. putat absolute non esse
proprie esse, qua quis soluitur a censura iusta, vel etiam
qua absoluitur ad cautelam. Relaxationem verbè eam
se vult, qua soluitur a censura iniusta; quod probat ex ca.
Odoardus, de solut. vbi cum sermo sit de iniusta censura
lata, vtiur Gregorius IX. Papa hac voce Relaxationis.
Dispensationis autem nomen locum habet in ea suspen-
sione, qua cum feratur in perpetuum, habet quoddammodo
naturam depositionis, seu priuationis, ut notant Gu-
lielm. Dur. in Specul. tit. 2. §. Nunc ostendendum, & S. An-
ton. 3. p. tit. 28. de suspens. ca. 4. non longe a fine. His igitur
præsuppositis.

2 Primo certum est apud omnes Doctores (excepto Do-
ctore in cap. 1. num. 8. in secunda lect. de iudic.) non omnem
suspensionem necessario egere aliquo istorum trium nom-
inum aliqua suspensiones, que absque vlla absolute non
relaxatione, vel dispensatione cessant ex se, ita gloss. in Clem.
1. in verbo Donec. de Decimis. Panor. in c. fin. num. 4. de ma-
trim. contact. contra interd. Eccles. & in cap. ad aures, in
3. de Simonia, vbi etiam refert pro hac re Ioan. And. &
Innoc. in cap. cum bonæ, de etate, & qual. Ripa, in cap.
1. num. 23. & Felin. num. 7. vers. Secundus casus, & ibi An-
dreas Alciat. Notat. 5. de iudic. Covarr. in cap. alma ma-
ter 1. par. §. 11. num. 5. vers. de absolute non ab excommu-
nicationis sententia, de sentent. excommunicat. lib. 6. q. 1.
alios etiam citat Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 4. cap. 4. §.
2. num. 1. & denique communis hæc, & recepta est DD.
sententia, ex Couar. vbi supra, vt etiam fatetur Decius in
huiusmodi autem sunt suspensiones illæ omnes, que pro
pena ad certum, & determinatum tempus late sunt, pa-
ra ad annum, biennium, triennium, &c. sic enim suspen-
sus, statim atque tempus elapsum est, ipso iure absolutus
est, nec alia opus est absolute non, sic gloss. in Clem. 1. in ve-
bo Donec. & ibi Anchar. num. 15. de decim. & glo. in cap.
facto, in verbo per mensem. & ibi Marian. Socin. num. 15.
de sentent. excomm. Innoc. in ca. cum bonæ, vers. Not
autem. & ibi Panor. num. 5. de etate, & qual. idem In-
noc. in cap. sicur. num. 2. de cohabita. Cler. & mul. Barc.
Medina. lib. 1. instr. confess. cap. 1. §. 8. Alphons. Vinal-
tit. de susp. num. 180. Cosmus Philiaricus, de offic. Sacerd.
par. 1. lib. 4. cap. 1. Corona Confess. tit. de suspensio. lib.
Toletus lib. 1. ca. 16. Vgolin. vbi supra, §. 2. num. 3. etiam
ad tempus prohibuit, post tempus illud permissum esse
censetur, arg. l. Imperator, ff. de postul. Id quod procedit
siue quis a iure, siue ab homine suspensus sit, ex Felino in
cap. 1. num. 7. de iudic. nec vlla opus est declaratione, vt
felicit absolute non esse declaretur, ex Innocent. in d. ca. cum
bonæ, num. 2. vers. vbi autem, de etate, & qual. & Ripa in
cap. 1. num. 25. vers. Secundus casus, de iudic. Panor. in
d. cap.